Digitale Westfälische Urkunden-Datei (DWUD) - http://www.dwud.de - a1045424

Kreis Paderborn

S. 153

1216. [35

Biſchof Bernhard beurkundet den Erwerb und die Verwendung von Gütern für die Kirche in Brackwede.

In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Amen. Bernhardus tertius Dei gratia Paderbornensis ecclesiae episcopus universis . . . . ., quibus praesens scriptum fuerit oblatum, perpetuam in Domino salutem. Sciant tam futuri quam praesentes, quod Hartmannus presbyter et . . . in Bracwide tempore praedecessoris nostri Evergisi episcopi Patherburnensis quaedam bona in Bracwide sita a quodam Vol . . . . . Volchardo, Alfhardo et quibusdam aliis ad usum ecclesiae suae et maximi in dotis supplementum emerunt et bonorum eorundem usum fructum suo sacerdoti cum omni integritate semper habendum. . . . . . eiusdem ecclesiae . . Hermanno, Wallmeir (!) et Hildebrando presbytero quaedam bona, quae dicuntur vrigot in Bergunde . . . . cum haeredum suorum collaudat(ione) omnium quoque eorundem bonorum a Bernhardo de Osethe . . . . . XXX solidis gravis monete ad usum ecclesiae suique sacerdotis in subscriptam formam compararunt, ita quod si predictae ecclesiae eadem bona . . . . possideat . . . . rationabiliter et absolute ipsa saepe dictae ecclesiae dimittat, quod si . . . . . . volente ipsi faciamus compensationem. Adiectum est etiam, quod media pars pensionis bonorum ad luminaria Dei . . . . Acta sunt haec anno verbi Domini MCCXVI indictione V. Testes huius rei sunt Volrat custos, Hermannus presbyter . . . . Bernhart de . . . . Diderat de Vinlo Arnolt frater eius.

I, 47 sq. Mit der Bemerkung: In tergo harum literarum, quae videntur fuisse conculcatae, scriptum: concernit quaedam bona in Bracwide.

© LWL-Archivamt für Westfalen, Internet-Portal "Westfälische Geschichte" - LWL 03/2007